



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

97. An seclusa consuetudine, se adest alicubi, possit Episcopus in eadem die conferre minores Ordines simul cum Subdiaconatu eidem ordinando?
Et in dicto casu, an Episcopus debeat prius interstitia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

§. supra in Refol. 84. §. Difficultas tamen, & in Ref. 85. §. Afferit quæ. 86. & in Ref. 86. & 87. & 88. & pro omnibus privilegiis conueniunt hoc §. leges. Ne que per totum, Ref. 89. §. 1. ubi an. not. & pro parte vide supra Ref. 84. §. 1. Claram. & ceteros. §. 5. & in to. 7. n. 1. ex Ref. 89. §. 1.

simè me citato mordicus docet, & firmat Leandrus de sacram. tom. 2. tract. 6. disput. 11. q. 23. Primò, ait ille, quia hoc privilegium fuit olim concessum Mendicantibus, & postea à Clemente VIII. absque limitatione confirmatum. Secundò, quia idem privilegium concesserat Alexander VI. & Eugenius IV. Monachus S. Hieronymi, & S. Benedicti. Tertio, quia simile privilegium concessit Clemens VIII. Congregationi S. Ioannis Euangelistæ in Portugallia. Quarto denique, quia idem privilegium concessit Societati Iesv Gregorius XIII. die 21. Septembris 1582. qui licet prohibuerit illud communicari alijs Ordinibus, communicant tamen multi: nam alij Summi Pontifices successores Gregorij XIII. privilegia Societatis Iesv multis Ordinibus absolute concesserunt. Et nouissimè nobis discalearis, ipsorum privilegia, nec non & Monachorum S. Hieronymi, & S. Benedicti, & aliorum Ordinum, & Congregationum, à S. D. N. Urbano VIII. absolute, & pariformiter concessa, communicata fuerunt anno Domini 1634. die 28. Martij. Possumus ergo nos, & omnes alij Regulares, virtute privilegiorum, à quocumque Episcopo per extra tempora, quibusuis Ordinibus initiati. Hucusque Leandrus, cui adde, me etiam citato, Patrem Auerlam ubi supra, de Sacramento Ordinis, quest. 33. c. 9. §. Qui vero aliquem, ubi asserit hanc opinionem esse turam in praxi, & testatur se vidisse illà practicatam in pluribus Diocæsis, & in Romana ipsa vrbè.

RESOL. XCV.

An Episcopus beneficij possit dispensare in interstitiis? Et quid de illegimitate ad minores Ordines? Ex p. 8. tr. 2. Ref. 25.

Sup. hoc supra in Ref. 145. Sed si.

§. 1. Negatiuè respondet Marius Antoninus var. resol. lib. 1. resol. 11. 2. ca. 28. cum non possit iudicare de necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ non suæ: & ita etiam docet Nauarrus lib. 1. de temp. ordin. conf. 26.

Sup. hac illegimitate, ceterum in fine Ref. not. p. 2. c. 17.

2. Sed affirmatiuè respondeo cum Garcia de beneficio tom. 1. part. 2. cap. 4. num. 14. ubi sic ait: Ampliatur, vt non solum possit eum ordinare Episcopus beneficij, sed etiam cum eo dispensare in interstitiis, & etiam in illegimitate ad minores Ordines: nam, cum ratione beneficij sit subditus illius, quoad Ordines, est etiam subditus quoad omnia concernentia Ordines, & illis annexa, ad l. 2. ff. de iur. diu. omni. ind. Ita ille, & post illum Squillante de priu. Cler. cap. 4. num. 244. Acugna in Decretum Gratiani, part. 1. dist. 17. num. 7. & Machadus de perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. docum. 4. n. 5. ubi sic ait: [La quarta dificultad es, si el Obispo donde alguno tiene beneficio Ecclesiastico, no solo le pueda ordenar, sino tambien darle reuerendas, dispensar con el en los intersticios, e illegitimidad, &c. Garcia, y otros defienden que si; fundanse en que si por razon del beneficio, se le sugeta, quanto à las Ordines, tambien ha de quedar lugeto à todas las cosas concernientes à las Ordines: puede segun principio de derecho; Concesso aliquo, omne id. concedi videtur, sine quo illud existere non potest. No obstante, que Nauarro, y otros son de contrario parecer, porque el Obispo, donde esta el beneficio, no puede hazer juyzio en la dispensacion de los intersticios, &c. de la necesidad, ò vtilidad de Iglesia, que no es suya.] Ita ille: sed opinio Nauarri mihi non placet.

RESOL. XCVI.

An ex aliqua iusta causa possit Episcopus conferre maiores Ordines die Dominica?

Et supponitur, quod maiores Ordines non nisi in Sabbato Quatuor Temporum anni, aut in Sabbato Sancto, aut in Sabbato ante Dominicam Passionis dari possunt.

Et notatur, quod minores Ordines Episcopus conferre potest tribus, aut etiam pluribus in qualibet Dominica, aut festiua die, dummodo non videatur facere Ordinationem generalem.

Et consuetudo recepta Episcoporum concedit, vt Feria sexta vespere ante Sabbathum, in quo Sabbatho iure possunt omnes Ordines conferri, liceat dare Ordines minores.

Etiamsque aduertitur primam Tonfuram quouis anni tempore, quouis die, hora, & loco dari posse?

Et an minores Ordines simul cum Subdiaconatu eodem die, eisdemque conferri possint? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Refol. 28. alius 30.

§. 1. Supponendum est ex communi doctrina, cum Vasquez in 3. part. tom. 5. disp. 246. c. 5. n. 25. Bonacina de Sacram. disp. 8. quest. unica, punct. 6. num. 1. & alijs, quòd maiores ordines, non nisi in Sabbato quatuor temporum anni, aut in Sabbato sancto, aut in Sabbato ante Dominicam Passionis dari possunt. Hoc supposito, respondet affirmatiuè ad casum propositum Villalobos in sum. tom. 1. tr. 11. dub. 13. ubi sic ait. [Hafè de aduertit, que tambien se pueden hazer los ordenes el Domingo siguiente por la mañana, con tal que el, que ordena, y el que se ha de ordenar continuen el ayuno del Sabado antes, porque entonces la mañana del Domingo, se trae al Sabado por la continuacion del ayuno, como dize vn texto. Mas esto no lo ha de hazer el Obispo sin necesidad, la qual feria si el Sabado no las pudo hazer, por hallarse enfermo, que entonces podra, diferir las para el otro dia.] Ita ille ex Henriquez què ipse minimè citat lib. 10. c. 12. n. 12. ubi ita asserit. Potest Episcopus maiores Ordines Dominica sequenti post Sabbathum prædictum conferre, si causa subit, dummodo ieiunium Sabbati continuet vsque ad Dominicam, quod continuari dicitur post Missam Sabbathi, nisi sumpserit absolutionem.

Sup. hoc infra in Ref. 99. §. 1. & 2.

2. Notandum est etiam circa præsentem materiam de temporibus ordinandorum, quod minores Ordines Episcopus conferre potest tribus, aut etiam pluribus in qualibet Dominica, aut festiua die, dummodo non videatur facere ordinationem generalem, & consuetudo Episcoporum recepta concedit, vt feria sexta vespere ante Sabbathum, in quo Sabbatho iure possunt omnes Ordines conferri, liceat dare Ordines minores. Ita Reginaldus tom. 2. lib. 30. tr. 1. c. 5. n. 26. Henricus ubi supra. Villalobos n. 4. & Vasquez, qui notat primam Tonfuram quouis anni tempore, quouis die, quouis hora, & loco dari posse, & contra Nauarrum, & alios non esse iure vetitum, eodem die quatuor minores Ordines, & vnum sacrum recipere, & aliquando testatur se vidisse minores Ordines simul cum Subdiaconatu, in eodem die eidem conferri. Ita ille ubi sup. n. 47. & 48. quidquid in contrarium asserat Reginaldus loco citato, n. 28. & alij.

Sup. hoc ibidem §. 1. ad mediū. verè. La primera: Sup. hos minores Ordines simul cū Subdiaconatu in Ref. seq. & alijs eius primæ not.

RESOL. XCVII.

An seclusa consuetudine, si adest alicubi, possit Episcopus

pus eadem die conferre minores Ordines simul cum Subdiaconatu eidem ordinando?
Et in dicto casu, an Episcopus debeat prius intersticia dispensare? Ex part. 9. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 57. aliis 58.

Sup. hoc in fin. Ref. precedentis, & supra in Ref. 94. breuiter in §. Notandum, & infra in Ref. 99. §. Nota hic, & in to. 5. tr. 3. Ref. 45. cuius in fin. §. 1. fedle. ge cam per rotam, signa- ter §. 2. post medium, à vers. Et qua- nis, & in Ref. 56. §. vlt. & in fine §. 1.

§. 1. **N**egatiue respondent quatuordecim Doctores, quos citat & sequitur Sanchez in *opusculo* lib. 7. cap. 1. dub. 53. num. 2. quibus ego addo Reginaldum in *praxi* tom. 1. lib. 30. cap. 5. num. 270. Ioan. Baptistam de Febris in *Manual. de sacr. Ordin. cap. 8. n. 13.* & Layman lib. 5. tract. 9. cap. 8. num. 7. ubi sic ait: [Non est permilsum, vt simul eidem Ordines minores, & Subdiaconatus conferatur, vt satis colligitur ex cap. 2. de eo qui furtiue Ordines recepit, & Tridentino sess. 33. cap. 11. & 13. Et accedit Ecclesiarum consuetudo vim legis habens.] Itaque, & alij communiter. Vnde ante factum semper Episcopis hanc sententiam consulendam esse arbitror.

2. Sed quia contrariam sententiam affirmatiuam satis probabilem existimo; ideo sentio post factum non esse damnandum Episcopum, si illam in praxi sequutus fuerit. Hanc affirmatiuam opinionem ante omnes solide firmavit ingeniorum Phoenix, Pater Gabriel Valquez in 3. part. D. Thomae, tom. 3. diffin. 246. c. 5. n. 47. & 48. & post illum Pater Gaspar Hurtado de *Sacram. Ordinis*, diffin. 23. Pater Ioannes Praepositus in 3. p. D. Thomae, quest. vnic. de Sacram. Ordinis, dub. 15. n. 151. Pater Caltrus Palaus tom. 4. tr. 27. punct. 13. n. 15. & Pater Baunus in *Theologia mor. tom. 1. tr. 7. q. 11. §. Quinto*, omnes viri doctissimi ex Societate Iesv, quibus ex Religione Clericorum Regularium adde Partem Molfesum in *sum. tom. 1. tract. 2. c. 14. n. 3.* & Partem Leonem de *cons. recollect. 6. n. 582.* Vide etiam Villalobos in *sum. tom. 1. tr. 11. diffin. 12. n. 7.* cuius verba inferius apponam; & Marchinum de *sacram. Ordinis*, tract. 1. part. 7. cap. 1. num. 13. & 14.

3. Probatur hæc sententia ex responsionibus ad argumenta contraria: vnde ad primum adductum à Layman, Sanchez, & aliis, desumptum ex authoritate cap. 2. de eo qui furtiue, & c. Respondeo cum Valq. & aliis, ubi supra, in illo capitulo solum puniuntur vt irregularis, vel vt alij volunt, vt suspensus, qui acceptis minoribus Ordinibus, postea furtiue, & contra mandatum Episcopi Subdiaconatum in eodem die, aut ieiunio suscepit: hoc nos etiam fatemur. Sed non sequitur ex hoc, quod Episcopus, si velit, non possit in eodem die minores Ordines, & Subdiaconatum conferre: & in tali casu ordinatus nec suspensionem, nec irregularitatem incurreret: quia non susciperet minores Ordines, & subdiaconatum aucterario, vt dicit Pontifex in textu: sed volente, & consentiente Episcopo. Quod etiam patet, vt obseruat Pater Leo, & Marchinus de *sacram. Ordin. tract. 1. p. 7. cap. 1. n. 17.* ex titulo, sub quo situatur dictus text. videlicet, *De eo qui furtiue* (& sic contra ordinantis voluntatem) *Ordinem suscepit.* Quod etiam notauit Glossa ibi, & Gauantus in *Manual. Episcop. verb. Irregularitas*, n. 42. & etiam docet Rebuffus in *praxi benefici. de Cleric. ad sacros Ordines male promotis*, gloss. 1. num. 18. Caltr. Pal. tom. 6. diffin. 4. punct. 10. §. 1. num. 8. & Lessius in 3. part. D. Thomae, cap. 6. de irregular. dub. 3. n. 50. Dicendum est itaque, textum adductum ex cap. 2. de eo qui furtiue, non facere pro sententia negatiua, quia hæc duæ propositiones non sunt contrariæ: potest licite Episcopus eodem die conferre minores Ordines cum Subdiaconatu, & si quis furtiue, contra mentem Episcopi, in eodem die sumit Ordines minores, & Subdiaconatum, in suspensionem incurrat. Hæc, inquam, duæ propositiones sunt ambæ veræ, & stare simul possunt; & ideo sine fun-

damento ex secunda deducitur contrarium contra primam: non enim valet hoc argumentum: Pontifex docet in c. 2. de eo & c. sumentem Ordines: Pontifex docet in c. 2. de eo & c. sumentem Ordines: Pontifex docet in eodem die furtiue, & contra mentem Episcopi, incurrere suspensionem. Ergo Episcopus in eodem die non potest conferre Ordines minores, & subdiaconatum, & ita in tali casu ordinatus incurrat suspensionem. Neganda est enim hæc consequentia, vt recte negauit illam Valq. & alij Doctores superius citati: nam primum determinatur quid ex illo recte inferatur, & sequitur. Non est igitur tollenda potestas sacris antistitibus, & potest ordinari ponenda sine textu claro, & rotundo.

4. Notandum est etiam hic quod Syluestro, *Ordo* 2. q. 7. & alij adducunt ad firmendam præmissam sententiam cap. *Literas*, & cap. *Dilectus*, de temp. ord. præcipientes sed male: nam vt recte obseruat Valquez, ibi, ubi solummodo solū sermo est de duobus Ordinibus sacris, & præcipitur, ne in eodem die ab eodem recipiantur. Ceteræ nones autem, *Qui aliquo*, *1. dist. de Quibus in Ecclesia*, *fructis*, *dist. 36.* & *Si quis Episcopus*, *1. q. 1.* quæ leguntur etiam à Syluestro, de hac re non loquuntur, sed de alio malo genere Ordinationis.

5. Ad secundum argumentum adductum à Layman, & desumptum ex Concil. Tridentino sess. 13. & 11. Respondeo cum Hurtado de *temp. Ordinis*, *diffin. 23.* quod in cap. 13. Concilium præcipit, duos Ordines sacros in eodem die non esse conferendos: ergo neque Episcopus potest dare in eodem die Ordines minores, & Subdiaconatum. Nego consequentiam, vt negauit Valquez supra, respondens ad cap. *Literas*, & cap. *Dilectus*, de temp. ord. præcipientes id quod Tridentinum supra præcipit, nempe, duos Ordines sacros non esse dando in eodem die.

6. Ad cap. verò II. Concilij, respondo, quod vt legentibus patet, nihil in eo de hac re definitur loquitur enim ibi textus, vt obseruat Turrianus de *causis*, lib. 5. *dispunt.* 46. dub. 1. & Sanchez de *causis*, *dispunt.* 31. *sect. 1.* num. 41. sicut loquitur etiam Pontifex in cap. 2. de eo, & c. nempe de suscipiendis non autem de ordinandis: vnde potius res illa de arbitrio Episcopi relinquatur, vt notat Marchinus de *sacram. Ordin. tract. 1. part. 7. cap. 1. n. 17.* Quæ Episcopus dispensando in interstitiis potest, vt docet Caltrus Palaus ubi supra, eodem die minores Ordines, & Subdiaconatum conferre, & ita factum fuisse in Hispania testatur. Vnde Villalobos in *sum. tom. 1. diffin. 52. num. 7.* ita asserit: [Tambien se aduertete, que dispensando el Obispo en los intersticios, podra dar los Ordines minores con la Epistola, que el Concilio solo prohibe que se den los Ordines mayores juntos.] Hæc ille.

7. Ad tertium argumentum, quod Layman, & alij adducunt, respondet Valquez, talem consuetudinem non esse introductam, vt vim legis habeat: & ita testatur ipse se vidisse aliquos Episcopos, minores Ordines cum Subdiaconatu in eodem die ministrasse. Quod etiam, vt visum est, testatur Caltrus Palaus. Et ideo Pater Ioannes Praepositus in 3. part. *quest. vnic. de sacram. Ordin. dub. 15. num. 151.* sic ait: [Probabilis sententia, primum Torsuram posse conferri eodem die cum minoribus Ordinibus; imò & minores cum Subdiaconatu: quia iura in contrarium citari solita, de hac re non agunt, neque vlla est consuetudo contraria vim legis obtinens, & obligans.] Itaque, & sic remanent soluta argumenta Layman, & aliorum, adducta in confirmationem negatiue sententia.

8. Patet igitur ex supradictis, sententiam affirmatiuam, posse scilicet Episcopum in eodem die min-

nistrare Ordines minores cum Subdiaconatu; & sic ordinatum nullam incurere suspensionem, esse satis probabilem. Sed de hac questione, supposita consuetudine, ego alibi egi, & me citato, nouissime agit Leander de Sacrament. tom. 2. tract. 6. disput. 11. quest. 13.

RESOL. XCVIII.

An Minores Ordines possint conferri diebus festiuis duplicibus, non tamen seruatis à populo ex præcepto? Et quid de Ordinibus sacris ex privilegio Papa, si mendis, ut conceditur in tribus diebus festiuis? Sed difficultas est, quid sub nomine diei festiui intelligatur? Et supponitur minores Ordines posse dari quolibet Dominico, & quouis die Feste. Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Ref. 97.

Mibi in Resolutionibus, & 55. canon. primæ huius Ref.

Sup. hoc leg. de dicitur §. not. leg.

§. 1. **C**Asus est quotidianus, & satis practicabilis, cuius discussionem composui ad instantiam Abbatis la Farina, viri quidem omni laude dignissimi, & literis præsertim polioribus ornatissimi, pro cuius decisione suppono cum Henriquez lib. 10. cap. 12. n. 2. Reginaldo tom. 2. lib. 30. tract. 1. cap. 5. num. 26. Ochagavia de Sacramento Ordinis, quest. 9. n. 8. Fillacio tom. 1. tract. 9. cap. 4. num. 85. Castaldo in praxi Car. lib. 2. sect. 15. cap. 3. num. 3, & Layman lib. 5. tract. 10. cap. 8. num. 1. Angelo verb. Ordo num. 7. Arilla eodem verbo, num. 6. Tabiena verb. Ordo, 2. qu. 3. Salzedo in practica Diaz cap. 26. §. Minores. Alzedo in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 21. Madio de Sacramento Ordinis, cap. 3. num. 4. Honorio in Decretal. lib. 1. tit. 11. n. 1. Campanili in diuersis. Canon. rubr. 6. cap. 2. num. 1. Ioanne Suarez in Eubirid. casuum conscientie, lib. 5. verb. Ordo, §. datur prima tonsura, & aliis; Ordines minores posse dari quolibet die Dominico, & quouis die festo. Sed difficultas est, quid sub nomine diei festiui intelligatur. Nam aliqui tenent intelligi festum de præcepto, & ita docet Naldus in summis, verb. Ordo, num. 15. Barbosa de potestate Episcop. part. 2. allegat. 11. num. 22. & in collect. ad ius Canon. tom. 2. lib. 1. tit. 11. cap. 3. num. 5. Azotius part. 2. lib. 1. cap. 17. questio vltimo, male pro contraria sententia à Barbosa citatus; & à fortiori hanc sententiam docet etiam Villalobos in summa, tom. 1. tract. 11. difficult. 13. num. 4. Viguertus in inst. cap. 16. §. 6. vers. 6. Rosella verb. Ordo, 2. n. 4. Diuus Antoninus 3. part. tit. 4. cap. 16. §. 116. Syluester verb. Ordo, 2. quest. 2. Bartholomæus à Ledesina de Sacramento Ordinis, dub. 15. Paludanus in 4. difficult. 25. quest. 2. num. 15. Zanard. in Director. part. 1. de Sacramento Ordinis, cap. 3. asserentes Ordines minores dari posse in diebus Dominicis, & aliis festis principalibus, quod etiam docet Vega in speculo, part. 1. cap. 14. §. 9. num. 56. Et ut verum fatear, Doctores supra citati, asserentes Ordines conferri posse die Dominico, aut alio die festiui, videntur docere hunc diem debere esse festiui de præcepto, sicuti sunt dies Dominici. Confirmatur hæc sententia ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij, vbi dum dicit denunciations matrimonij faciendas esse in diebus festiuis; Concilium Pro-uinciale Mediolanense, & Basilius Pontius de matrimonio lib. 5. cap. 30. n. 7. cum aliis asserunt, dies festiui intelligendos esse de his, qui Ecclesie præcepto seruantur. Ratio huius sententiæ erit, quia ille dicitur vulgarter dies festus, quem populus, & Clerus pro feriato ab operibus feruilibus habent; & summus Pontifex accipit diem festum, quando concedit aliquem ordinari posse, ut passim & communiter ac-

Sup. hoc in Ref. leg. §. Sed dicitur, & vide etiam §. not. leg.

cipi solet, loquitur enim ut communiter loqui homines consueverunt.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam aliqui tenent, nempe dictos dies festiuios tam in Ordinibus minoribus, quam in maioribus ex privilegio sumendis sufficere, ut sint de festo duplici, licet non feruetur Ecclesie præceptum, neque in illis abstinatur ab operibus feruilibus. Et quia hæc opinio erit satis plausibilis omnibus ordinandis, & etiam, ut reor, Dominis Episcopis, ponam hic per extensum verba doctorum, qui illam docent. Ioannes Propositus Societatis Iesv in 3. part. D. Thoma, quest. vni. de Sacramento Ordinis, dub. 15. num. 130. sic ait. Quod autem in cap. de eo, de tempor. ordinari. dicitur, minores Ordines dandos esse diebus festis, non tantum videtur intelligendum de festo, quod feruatur in populo, sed etiam de eo quod feruatur in choro. Ita ille. Cui adde ex Societate eadem Stephanum Fagundez pr. 1. cap. 1. num. 15. vbi hæc asserit. Rogabis an cum summus Pontifex concedit privilegium alicui ut possit extra tempus à iure statutum tribus diebus festiuis ad tres sacros Ordines Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotij promoveri, nomine diei festiui intelligatur festus dies, ac ferrius, in quo populus laboribus, & operibus feruilibus cessat: an sufficiat quod sit dies duplex, licet non sit ferrius? bipartita est sententia de hac re. Prima docet necesse esse hos dies esse à laboribus, & operibus feruilibus ferriatos, & non sufficere quod sint duplices, & festi in ordine ad officia diuina. Secunda tamen sententia verior, & probabilior docet sufficere, quod sint dies duplices, & festi in ordine ad officia diuina; licet non sint à laboribus ferriati. Hæc Fagundez, qui pro hac sententia citat Rodriguez in quest. regul. tom. 3. quest. 25. art. 5. quibus etiam ego addo Homobonum de Bonis in responsione casu conscientie, volumine 2. part. 5. response 207. & tandem hanc sententiam docere Pontificale Romanum obseruat Gauntius in eubiridio Episcoporum, verb. Ordines minores, num. 15. & Tannerus tom. 4. disput. 7. quest. 3. dub. 2. num. 44. asserentes ex dicto Pontificali minores Ordines posse dari singulis Dominicis, & festiuis diebus duplicibus, quod nouissime notat etiam Franciscus Hallier de sacris Ordinibus, part. 2. sect. 7. cap. 1. art. 1. num. 2. Vnde nescio quare quidam Episcopi Theologus cum ipso olim de hac opinione in praxi seruanda nimium scrupulis agitaretur: est enim hæc opinio satis probabilis, & ideo, me consulente, ne timeant Episcopi illam in praxi deducere.

Sup. hoc supra in Ref. 84. §. Sed an. & in Ref. 88. §. Neque, prope finem à vers. Affirmante.

RESOL. XCIX.

An Episcopus possit conferre Ordines minores quatuor, vel quinque personis in diebus Dominicis, vel diebus festiuis? Sed difficultas est, an sit necessarium esse dies festiuis de præcepto? Et docetur, quod in rigore iuris non videtur vetitum quacumque die, etiam seriali minores ordines conferre? Et an conclusa consuetudine ex causa iusta minores ordines, & simul Subdiaconatum eodem die Episcopus conferre possit? Et notatur suscipientes minores Ordines ante susceptum Sacramentum Confirmationis, nec ipsos, nec Episcopum peccare mortaliter? Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. Ref. 66.

§. 1. **N**egatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissime Martinus de San Ioseph D d 4